

Ex quadringentis viginti quinque orationibus Lysiacis<sup>1)</sup>, quae veteribus notae erant, Dionysius Halicarnassensis et Caecilius Calactinus ducentas triginta legitimas et re vera Lysiacas putabant; nos ex fragmentis et titulis commemorationibusque grammaticorum et lexicographorum cognovimus centum septuaginta, quarum triginta una supersunt plus minusve infectae et trium majora fragmenta a Dionysio Halicarnassensi servata. Sed ne hae quidem orationes omnes genuinae sunt: sunt enim, quae Harpocrati spuriae visae sint, qui sextae, nonae, decimae, quartae decimae, vicesimae, tricesimae per additamentum *εἰ γνήσιος* sive *εἰ γνήσιος ὁ λόγος* obelum suum appinxit. Jure a viris doctis nostrae aetatis fere omnibus ad unum orationes pro spuriis habentur: secunda, quamvis veteribus suppositicia non visa, sexta, vicesima. Orationemque undecimam nil nisi breviarium esse orationis decimae constat inter omnes. Quamvis veterum testimonia aliquid in se habeant auctoritatis ad scriptum ab auctore abjudicandum, tamen absoluta in iis posita non est. Veteres enim difficiliter et cautius quam viri docti nostrae aetatis ad dubitationem accesserunt semperque scriptum ei attribuerunt, ejus nomini erat adscriptum. Accedit, quod grammatici veteres ad notissimas modo orationes, quae spuriae videbantur, adibant easque, num genuinae essent, imprimis ex orationis sermone dicendi diudicabant. Dionysius Halicarnassensis quidem, si inter Lysiacas oratio esset incerta, postremo fugiebat ad suavitatem et dictionis gratiam, qua Lysias omnibus praestabat, tanquam judicium ultimum<sup>2)</sup> et orationem hae Lysiae virtute notissima destitutam pro spuria habebat. Cum igitur facillime fieri posset, ut oratio quaedam minus nota a grammaticis ommitteretur, semper firmum manebit illud Welkeri<sup>3)</sup>: Aber sei sie auch (die Rede) ganz unangetastet geblieben, wie wir annehmen wollen, so ist das Negative, dass sie sich der Kritik der Alten entzogen hätte, nicht hinreichend, um sie gegen die Verwerfung auch so spät noch zu schützen. Etsi veteribus orationis suspicio visa non est, tamen nulla religio nos prohibere debet, quominus scriptum auctore indignum, qualem ex melioribus scriptis cognovimus, abjudicemus.

Itaque quamvis a veteribus, quantum cognovi, suspicionis additamentum ad orationem octavam factum non sit, tamen fere omnes viri docti aut de orationis auctore dubitaverunt aut a Lysia abjudicaverunt. Ac primum quidem Marklandus Lysiam orationis auctorem in dubium vocavit verbis: si tamen Lysiae sit. Reiskius<sup>4)</sup> cum Taylora<sup>5)</sup> de auctore dubitans eam pro epistola seu formula amicitiae renuntiandae habuit; cui tamen sententiae obstant et prima prooemii verba § 1; *Ἐπιτήδειόν μοι δοκῶ καιρὸν εἰληφέναι περὶ ὧν εἰπεῖν ἐβουλόμην πάλαι πάρεσι μὲν γὰρ οἷς ἐπεγαλῶ, πάρεσι δὲ ὧν ἐναντίον ἐπιθυμῶ μέμψασθαι τοῖς ἀδικοῦσιν ἐμέ<sup>6)</sup>* et § 10 *Διόδωρος οὐτοσί*, quae vox sine articulo nomini aut antecedens aut succedens ponitur

<sup>1)</sup> Pseudo-Plut. vit. X oratorum p. 836. Fr. Blass, Die attische Beredsamkeit von Gorgias bis Lysias. Leipzig 1868 Bd. I. p. 366. Pertz, quaestionum Lysiacarum caput secundum. Clausthal 1862 Programm. p. 13. C. M. Franken, commentationes Lysiacae. Trajecti ad Rhenum. 1865. p. 19. L. Hölscher, de vita et scriptis Lysiae oratoris. Berolini 1837 p. 42. <sup>2)</sup> Hölscher a. a. O. p. 38. <sup>3)</sup> Rhein. Mus. II. p. 400. <sup>4)</sup> orat. attic. ed. vol. V. <sup>5)</sup> ed. not. s. orat. VIII. et IX. <sup>6)</sup> συναγωγῇ τεχνῶν. Stuttgartiae 1828 p. 125.

pro *ὄντος*, ubi orator digito vel oculis aliquem, de quo res agitur, designat<sup>7)</sup>. Spengelio<sup>8)</sup> oratio propter antitheses cumulatas et nimis exilem rem est visa sola superstes exercitatio ante anarchiam a Lysia juvene confecta. Eodem fere tempore scriptam esse orationem putant Franzius<sup>9)</sup>, Geversius<sup>10)</sup>, Falkius<sup>11)</sup>. Quae quidem sententia quamvis multum ad persuadendum in se habeat, tamen ut postea videbimus est rejicienda. Itaque Benselerus<sup>12)</sup> orationem a Lysia scriptam esse negat propter hiatum consulto evitatum, quod studium neque Lysiam neque oratores, qui ante Isocratam floruerint, curasse constat inter omnes. Benselerum secutus est Blassius<sup>13)</sup>, qui ob eandem aliasque causas allatas orationem e Lysiacis esse exturbandam censet. Cum Blassio consentiunt et a Lysia abjudicant Hölcherus<sup>14)</sup>, Pertzus<sup>15)</sup>, Buermannus<sup>16)</sup>, Thalheimius<sup>17)</sup>, Fritzschius<sup>18)</sup>. Theodorus Bergkius *παλτιον* orationem esse putat eamque a sophista quodam confectam<sup>19)</sup>. Orationem a Lysia esse scriptam contendit Kirchnerus<sup>20)</sup>, cui assentiunt Gleinigerus<sup>21)</sup> et Stutzerus<sup>22)</sup> ita, ut duas recensioneis esse rati eam orationis epitomen a Lysia ipso confectae — quae sententia jam placebat Dobreo — putent, omniaque a Lysiae sermone dicendi discrepantia vel alia ex causa suspecta animo promitissimo attribuant excerptori (Hermes IX. 160. 162. 164. 166. 167. 171. 172. 174. 177. 178. 179<sup>23)</sup>).

Sed accuratior orationis ratio est instituenda, ut, quod sit verum, eluceat.

Continetur oratio octava non modo in codice Palatino sive Heidelbergensi X (88) et ex eo derivatis, sed etiam in codice Marciano G, quo codice praeter orationem VIII traduntur secunda et sexta orationes, quas grammatici veteres et nostrae aetatis viri docti a Lysia abjudicaverunt. Quae res, quamvis orationem octavam Lysiae falso esse tributam per se nobis persuadere non possit, tamen aliquid momenti in se habet. Sauppius, vir doctissimus, in praefatione ad oratores atticos primus auctoritate codicis Palatini cognita putat omnes codices, quotquot adhuc collati sunt, ex hoc codice X eoque tali, qualis etiam nunc est, esse derivatos praeter F G U V, et in epistola critica<sup>24)</sup> ad God. Hermannum ex alio fonte ac ceteros codices esse descriptum hoc alterum genus F G U V professus est. Sed codex G, qui in oratione secunda alium fontem ac codex Palatinus sequitur et in oratione sexta Palatino proxime cognatus est, in oratione octava codicis Palatini est simillimus<sup>25)</sup> et saepissime lectiones codicis G consentiunt cum codice Palatino. Quomodo res sese habeat, discernere non possum. Hoc dignum est, quod notetur, orationem octavam codice contineri, quo orationes traduntur, quas omnes fere viri docti a Lysia abjudicant.

Acedamus nunc ad orationem ipsam. Oratio ex omnibus orationibus Lysiacis est corruptissima et temporum iniquitate nonnullis locis §§ 4. 8. 10. lacunis deformata. Quamquam

<sup>7)</sup> Scheibe, praef. ed. p. VI. Frohberger ad orat. XIII. 16. A. <sup>8)</sup> a. a. O. p. 125. <sup>9)</sup> ed. Lysia orat. Stuttg. 1831. p. 250. <sup>10)</sup> Disputationis de Lysia epitaphii auctore caput alterum. Göttingae 1839. p. 4. 10. <sup>11)</sup> Die Reden des Lysias übersetzt und erläutert. Breslau 1843. p. 101. <sup>12)</sup> De hiatu. Fribergiae 1841. p. 183. <sup>13)</sup> a. a. O. p. 656. <sup>14)</sup> a. a. O. p. 73. <sup>15)</sup> a. a. O. p. 13. <sup>16)</sup> Hermès IX. p. 350. <sup>17)</sup> J. J. 117 p. 549. <sup>18)</sup> De Pseudolysiae oratione octava Dissert. Jenens. 1877. <sup>19)</sup> Philologus. XIV. p. 183. <sup>20)</sup> Quaestionum Lysiacarum specimen. Progr. Demmin 1869. <sup>21)</sup> Hermes IX. p. 150. <sup>22)</sup> Hermes XIV. 499. <sup>23)</sup> Wilkii programmatis Lipsiensis 1870, quo agitur de oratione nostra facultas acquirendi mihi data non est; de oratione tamquam suspecta scripsisse Wilkium tradit Fritzschius. <sup>24)</sup> epistola critica ad God. Hermannum Lipsiae 1841. <sup>25)</sup> codex X (88) nuperrime collatus est a Kaysero, quam collationem sequitur Scheibius. Novae collationes exstiterunt: Lampros, Hermes X. 265, R. Schoell, Hermes XI. 213, G. Fuhrius, dissertatio Bonnensis 1877. cf. Philol. Anz. IX. 102.

multi viri docti ad locos deperditos et depravatos sanandos conjecturas e suis ingeniis fecerunt et nonnullos emendaverunt, tamen multa orationis saepe viris doctis de inveniendis veris lectionibus desperantibus nullo modo emendari possunt et usque ad hunc diem obscura sunt et manebunt. — Oratio non est forensis neque habita ad iudices, sed habita sive habita fingitur in *ἔταιρία*, in coetu amicorum, et ea quidem amicitiae renuntiandae causa § 18. *ἐγὼ τοίνυν ἐκὼν ὑμῖν ἐξισταμαι τῆς φιλίας*. Is, qui orationem habet, in collegio amicorum est. §§ 2. 5. 6. 7. 11. 17. 18. Societatis natura qualis fuerit, ex verbis orationis perspicere non possumus. Collegium, cujus particeps est orator, *ἔρανον* iuisse putat Gleinigerus conjunctum ad amicos egenos sublevandos ob §§ 3 ἢ τις ἐμοῦ δεηθεὶς οὐκ ἔτυχεν ὧν ἐγὼ τε δυνατὸς ἦν κάκεῖνος ἐπήγγειλε. § 7. οὐδ' αὖ ὑμᾶς μὲν πλουτοῦντας, ἐμὲ δὲ πενόμενον. § 10. *πρῶ οὐμὲν ἅπαντα δι' ὑμῶν πράξαντά με περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἵππου*. § 18. *ἐπεὶ τοι μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδ' ὅ τι ζημιωθήσομαι μὴ ξυγῶν ὑμῖν*. Erani erant societates, quae conferebant imprimis pecuniam cum ad convivia celebranda variaque licita et honesta negotia obeunda tum ad amicorum egenorum sublevandam inopiam<sup>26)</sup>. Societati sicut pecuniae collatae nomen erat *ἔρανος*, factum ipsum *ἔρανεῖν*, socii ipsi *ἔρανιστά*, omnes socii *τὸ κοινὸν τῶν ἔρανιστῶν*, princeps societatis *ἔραναρχης* nominabantur. Graecis et imprimis Atheniensibus hic pius et munificentissimus erat mos pauperes amicos adjuvandi, ut si quis aere alieno premeretur sive ad collocandam filiam nubilem sive ad amicum ex hostium manibus solvendum sive in alia quadam adversa fortuna versaretur, egeno ita darent, quod ei auxilium esset, ut rebus adversis restituitis redderet, quod a singulis amicis accepisset<sup>27)</sup>, et ipse rursus amicos egenos beneficiis afficeret.<sup>28)</sup> Beneficium igitur erat e genere mutui gratuiti mediumque tenet inter donum (*δῶρον*) et creditum (*δάνεισμα*)<sup>29)</sup>, cum detur pecunia nullis intervenientibus usuris a pluribus<sup>30)</sup>. Eranum societatem fuisse Gleinigero concedendum erit.

Inter collegii socios orta est dissensio. Oratorem amici jam per aliquod tempus calumniis persecuti sunt § 1. *ἐπιτήδειόν μοι δοκῶ καιρὸν εἰληφέναι περὶ ὧν εἰπεῖν ἔβουλόμην πάλαι*. § 9. *ξυμβαίνει γὰρ καὶ ταῦτα τοῖς πρὸ τοῦ, καὶ ἐμοὶ σημεῖα ταῦτα μὲν ἐκείνων ἐστίν, ἐκεῖνα δὲ τούτων ἰκανά*. § 14. *γινώσκω δὲ νῦν ἤδη καὶ πάλαι ζητοῦντας πρόφασιν*. § 16. *νῦν δὲ ἐπειδὴ ἐκλελοίπασιν ὑμᾶς αἱ προφάσεις, ἐλευθεριώτερόν με κακῶσαι λείπετε ἤδη οὐδέν* et animo parum benevolo contra oratorem egerunt. Quibus de calumniis certior factus et opportunum dicendi tempus nactus, cum non modo adsint obtrectatores § 1 *πάρεισι μὲν γὰρ οἷς ἐπεγχαλῶ*, sed etiam viri, coram quibus dicere cupit § 1 *πάρεισι δὲ ὧν ἐναντίον ἐπιθυμῶ μέμψασθαι τοῖς ἀδικοῦσιν ἐμέ*, orator verba facit ad socios de opprobriis in se injectis. Buermanno,<sup>31)</sup> qui secutus Blassium<sup>32)</sup> in *πάρεισι δὲ* non ejusdem sed alius collegii socios esse ita putat, ut, cum utraque collegia convenerint, orator verba faciat, non habeo, quod assentiar. Ac primum quidem neque sociorum alius collegii in oratione usquam fit mentio, neque per pronomen *ὑμεῖς* (§ 19) et pluralis personam alteram *διαβάλλετε* et *πάρεισι μὲν* omnes appellantur socii, sed modo pars; deinde per se minus credibile est omnes socios esse calumniosos et oratorem persequi calumniis eumque unum § 19 *ἀλλὰ καὶ νῦν ὑμεῖς με μόνον κακῶς λέγετε*; denique putare non possumus omnibus sociis invitis oratorem societatis participem recentes tulisse contumelias. Praeterea Buermanni

<sup>26)</sup> J. J. van Holst, *deeraniveterum Graecorum*. Lugduni-Bat. 1832. p. 13 Schoemann, *Griech. Altert.* Bd. I. Berlin 1861. p. 375. Boekh, *Die Staatshaushaltung der Athener*. Bd. I. Berlin 1851 p. 347. <sup>27)</sup> Theophr. *χαρ.* XV. 2. p. 280 Casaubonus. <sup>28)</sup> van Hoist, a. a. O. p. 77. <sup>29)</sup> Casaubonus p. 281. <sup>30)</sup> van Holst, a. a. O. p. 85 <sup>31)</sup> Hermes X. 350. <sup>32)</sup> Blassius, a. a. O. p. 656.

sententiae, τούτους §§ 2. 3. 10. 11. non ejusdem collegii socios esse, obstant etiam verba § 20 τῶν δὲ μὴ χρωμένον οὐδένα πόποτε, cum sociis modo mos sit eos calumniandi, quorum familiaritate utuntur. Orator apud eosdem est accusatus, quos socii apud ipsum accusant § 3. καὶ ταῦτα πρὸς τούτους ἡμᾶς διαβάλλειν, οὗς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διεβάλλετε; § 17 διότι πρὸς ἐμὲ τοὺς ἄλλους ἐλέγετε κακῶς, παρακαταθήκην ἔχων ὑμῶν παρ' ἐκάστου λόγους πονηροὺς περὶ ἀλλήλων. Socii perfidi oratorem non modo apud ceteros socios criminantur, sed etiam hos apud illum § 16 ὅτε καὶ πρὸς ἐμὲ περὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐλέγετε κακῶς<sup>33)</sup>. Quamvis haec verba contradicant verbis § 19 ἀλλὰ καὶ νῦν ὑμεῖς με μόνον κακῶς λέγετε et § 19 ἐπειδὴ περὶ ὑμῶν ἔθος ἐστὶν ἓνα τῶν ξυρόντων ἀεὶ κακῶς λέγειν καὶ ποιεῖν, ubi de unius socii calumniis agitur, tamen ferri possunt ex studio oratoris socios calumniosos ostendendi §§ 16. 18. 19. Sunt igitur πάρεσι μὲν socii perfidi, et per verba πάρεσι δὲ adloquitur orator socios, qui amici sunt. Cum collegium omne, et ii, qui oratorem accusaverunt, et amici, qui non iudices de ceteris sociis, sed iidem apud oratorem accusati sunt, convenerit, ob utrorumque praesentiam opportunam orator sociis opprobria facit de calumniis in se injectis, ut amicis ostendat, se ab illis esse laesum innocentem, et ut e societate discessurus amicitiam renuntiet.

Quae omnia oratori socii objecerint, ex oratione ipsa cognoscere non possumus, § 4 cum orator non omnes calumnias sit enumeraturus. Turpe tamen oratori aliquid opprobrium esse factum a sociis videmus et ex ejus silentio, quo calumnias praeterit, et ex vestigiis, quae inveniuntur in § 6 εἰ δὲ ἀσχερὸν ἡγείσθε τοῦτο, πῶς ἀσχερὸν ἦν ὑμῶν ξυνεῖναι, πρὸς ὃν οὐδὲ ἀπειπεῖν καλὸν ἡγείσθε et § 8 ὅτι πονηροὺς ἐκόντες ὀμιλεῖτε. Sed si orator coram amicis fides se purgare constituit, calumniae refellendae erant<sup>34)</sup>.

Quo orationis titulo non significari id, quod oratione continetur, sed orationem non κατηγορίαν sed ἀπολογίαν esse in accusationem non instructam sed imminentem putat Gleinigerus.<sup>35)</sup> Sed cum orator e collegio decessurus et amicis opprobria facere et se purgare cupiat, facillime a se defendendo ad amicos perfidos accusandos ducitur, neque tamen orationem accusatoriam habemus. Titulus orationis κατηγορία πρὸς τοὺς συνοσιαστάς κακολογιῶν, quamvis nobis libris sit traditus, tamen ex orationis verbis ipsis petitus videtur esse. Grammaticus quidam juris attici non peritus mutavit δίκη κατηγορίας sive κακολογίας<sup>36)</sup>, quae vox recte de injuriarum actionibus dicitur, ex verbis orationis ipsis κακολογῶ, quod verbum in Lysiae orationibus nusquam et apud scriptores posteriores rarissime invenitur, κακῶς λέγω § 5. 3. 14 bis, 17. 19 bis 20. κατηγορία κακολογιῶν. Eodem modo verbum inusitatum συνοσιαστάς ex oratione ipsa § 5. 6. ξυνεῖναι, § 7 συρόντι, § 16 συνοσίας in titulum irrepsit. Verba συνοσιαστής et κακολογία, ab oratorum atticorum usu abhorrentia non recte a Buermanno afferuntur ad orationem a Lysia abjudicandam, cum titulos orationum neque Lysiam neque auctores ipsos scriptis superscripsisse constet inter omnes, sed grammaticos Alexandrinos, Pergamenosve bibliothecarum catalogos scribentes. Itaque duplici ratione titulus noster valde ab Alexandrinis discrepans ita declarari potest, ut aut oratio nostra Alexandrinis fuerit ignota, aut titulus ab Alexandrinis superscriptus postea sit corruptus et deperditus. Nisi dolum malum ejus, qui hanc orationem composuit, putamus, fortuito oratio in numerum Lysiacarum ita irrepsit, ut is, qui primus Lysiae orationibus attribuit, externis argumentis, fortasse magna antitheseon nube, induceretur, et grammatici falso de auctore judicantes

<sup>33)</sup> Buermann, a. a. O. p. 367. <sup>34)</sup> Franken, a. a. O. p. 59. <sup>35)</sup> Gleinigerus, a. a. O. p. 150. <sup>36)</sup> Meier, Proc. p. 481. <sup>37)</sup> Franken, a. a. O. p. 20.

ei attribuerent orationem, cujus nomini erat adscriptum. Simplex Lysiae elegantia multos ad imitationem excitavit, ut multi falsarii existerent, qui Lysiae suppositas orationes regibus Pergamenis aliisque venderent; vulgo autem homines, quid distarent aera lupinis, non animadverterunt<sup>37)</sup>.

Exordio, quo causae dicendi afferuntur, et epilogo, quo sodalibus infidis orator valedicit, exceptis, oratio summam dividitur in tres partes, quarum prima est invectio in sodales ob calumnias injectas § 3—8, altera transit ad nuntium § 8 *περὶ μὲν οὖν τοῦ λέγοντος*, tertia sociorum perfidiam tribus jam antea rebus gestis ostendit.

Opportunum dicendi tempus nactus orator dicit de iis rebus, de quibus jam diu verba facturus erat. Adsunt enim non modo ii, qui eum calumniis affecerunt *πάρεισι μὲν*, sed etiam ii, coram quibus et accusare amicos perfidos et se purgare cupit. Sequuntur tum verba *καίτοι πολλῶ πλείων ἐστὶ σπουδὴ πρὸς τοὺς παρόντας*, quae sic intelligi non possunt. Quamvis Emperius<sup>38)</sup> ansam offensionis praebere verba neget, si quis ad alteros conversus alteros praesentes appellet, tamen cum utriusque adsint, tam obtrectatores, quam amici, coram quibus nunc orator pronuntiaturus est, aut oratori dicendum est, se animo esse diverso in praesentes, aut desideratur additamentum, utra pars verbis significetur. Ex nexu sententiarum et subsequenti enuntiato *τοὺς μὲν τοῖς δὲ*, elucet eos auditores, coram quibus accusaturus est amicos perfidos orator, esse intelligendos. Marklandus scribam versiculum unum post *τοὺς παρόντας* omisisse putat, quo cetera explicari poterant, quem sequitur de Leutsch<sup>39)</sup>, ratus enuntiatum et ad declarandum *ἐπιτήδειον καιρὸν* et quo loco orator rem suam eamque apud alios agere potuerit, ante *καίτοι* excidisse. Sed haec verba *ἐπιτήδειον καιρὸν* per enuntiatum *πάρεισι μὲν* — *πάρεισι δὲ* declarantur, cum ob praesentiam utrorumque opportunum tempus verba faciendi venisse putet orator. Bakius<sup>40)</sup> adjicit ad participium *παρόντας ἐμοῦ ἕνεκα* fortasse ratus alius collegii esse socios.

Alii ad sententiam exprimendam conjecturas fecerunt; sunt, qui participium *παρόντας* mutant, alius alio modo locum corrigendum censet. Gleinigeri conjectura, qui scribit *πρὸς τοὺς δικάζοντας*, quos eranistas, qui in iudicio erant, putat, facillime refellitur, cum in oratione ipsa horum iudicum nullum sit vestigium. Buermannus corruptelam non in participio esse ratus restituit pro *πολλῶ πλείων* litteris nonnullis mutatis *πολυπείρων* ut sententia verborum sit: diversus mihi est animus in praesentes. Sed primum *πολυπείρων*, est verbum, quod apud poetas rarissime invenitur (hymn. Cer. 297), deinde notio longe est alia ac quae requiritur; *πολυπείρων* est multiplex, late diffusus, non diversus, quam significationem Buermannus restitutam vult. Frankenius<sup>41)</sup> legere vult *πρὸς τούτους*, ratus facile fieri potuisse, ut interpretamentum ad verbum *τούτους*, quod aliquam habet obscuritatem, cum sequens *τοὺς μὲν* non referri posset ad *ὧν ἐναντίον* sed ad verba remotiora *οἷς ἐπεγαλῶ*, lector doctus adderet *παρόντας*. Quod interpretamentum in locum verbi *τούτους* postea est substitutum. Quae conjectura, quam probant Gleinigerus<sup>42)</sup>, Stutzerus<sup>43)</sup>, Hertleinius<sup>44)</sup>, et sensus optime redditur et, quo modo corruptela in textum pervenerit, declaratur. Verba *πρὸς τούτους* dicta *δεικτικῶς* non tantam possunt habere obscuritatem, ut opus sit ad verba *τούτους* adjicere *τοὺς παρόντας*<sup>45)</sup>. Alterum nembrum post comparativum facillime suppletur. Verba, quae subsequuntur, *τοὺς μὲν* referuntur ad inimicos oratoris et declarant verba

<sup>38)</sup> opuscula ed. Schneidewin, Göttingae 1847 p. 65. <sup>39)</sup> Philolog. XXXIII p. 702. <sup>40)</sup> J. Bake, Scholica Hypomnemata Lugduni-Bat. 1839. vol. II. p. 229. <sup>41)</sup> Franken, a. a. p. O. 62. <sup>42)</sup> Gleiniger a. a. O. p. 159. <sup>43)</sup> Stutzer, a. a. O. p. 534. <sup>44)</sup> Hertlein, Konjecturen zu griech. Prosaikern. Lyceum zu Wertheim 1862. p. 12. <sup>45)</sup> Heldmann, emendationes Lysiacae. Lyceum Fridericianum. Kassel 1875.

καίτοι πολλῶ πλείων ἐστὶ σπουδὴ πρὸς τούτους, τοῖς δὲ ad amicos. Constat verbo τούτους oratorem appellare amicos. Horum praesentiam pluris aestimat quam calumniatorum perfidorum. Horum enim cum nihil intersit, utrum mali videantur necne, illis ostendere vult se nulla iis offensione illata priorem a sociis esse laesum. Quibus de calumniis quamquam non jucundum est agere, tamen fieri non potest, quin orator taceat, cum ii, quos pro amicis habuit, inimicissimos se praebeant.

Priusquam orator de amicorum perfidorum calumniisa git, eos vituperat, et, quomodo se gerant, sociis opprobra facit, praesertim cum ipse in unumquemque amicissime se gesserit neque ullam iis causam dederit, cur calumniis afficiatur. Tum codicibus verba continentur § 3 *ἵνα μὴ τις ὑμῶν τάχα δὴ βοηθῶν οἷς ἐξημάρτηκε πρόφασιν πορίσῃται τῆς ἀμαρτίας, εἰπάτω οὖν, τις ὑμῶν ὑπ' ἐμοῦ κακῶς ἀκήροεν ἢ πέπονθεν*, quae viros doctos multum vexaverunt. Sanatus est hic locus Cobeti, plerumque felicissimi conjectoris, emendatione ab omnibus fere viris doctis probata et a Westermanno in textum recepta: *εἰπατε τις*. Scheibius<sup>46)</sup>, qui codicum lectionem defendere studet, ex voce antecedenti *τις ὑμῶν* repetit *τις*, quod sit subjectum ad verbum *εἰπάτω*, quae tamen conjectura omni caret sensu. Nam quo modo inimicorum quisque dicere potest, quibus quisque calumniis ab oratore sit affectus? Quomodo corruptelam declaret Buermannus<sup>47)</sup>, qui putat scribam dictionis forensis peritum mutavisse *εἰπατε* in formam usitatum *εἰπάτω*, raturum verba ad certam actionem pertinere, nimis quaesitum mihi videtur. Praeterea non probanda est mutatio a Scheibio<sup>48)</sup> proposita § 3 *τάχα δὴ βοηθῶν τούτοις* (incusatis), οἷς (quibus rebus) *ἡμάρτηκε*. Verba tum haberent obscuritatem, cum τούτοις ad aliud referretur ac οἷς. Sed hoc loco nexus sententiarum est: ne quis vestrum forte succurrens quaerat excusationem eorum, quae peccavit.

Sequitur locus multis modis tentatus. Cod. X et G praebent lectionem *καίτοι οὕτως ἐνοχλεῖ, ὥστε περὶ πλείονος ἐποιήσατο δοκεῖν ἐμοῦ κήδεσθαι, καὶ μᾶλλον ἐμοῦ κατειπεῖν*. In antecedentibus verbis semper incusati sunt omnes perfidi socii; nunc transit oratio ad numerum singularem repente et hominem inducit, cujus antea mentio facta non est. Subjectum, de quo illud *κήδεσθαι ἐμοῦ* praedicatur, non est nominatum. Quis est igitur ille, de quo nunc agitur? Haeremus primum in singulari, qui numerus recte offensioni est viris doctis neque Franzii verbis<sup>49)</sup>: „Ad unum inimicorum repente convertitur oratio, quae immutatio menti inflammatae oratoris optime convenit“ defendi potest, deinde, quod post *πλείονος* sequitur neque genitivus comparationis neque ἢ. Itaque alius aliud adhibuit genus loci sanandi.

Videmus ex conjecturis, quas enumerare longum est, viros doctos, nisi ex suis ingeniis — in tam desperata oratione major ingenio libertas concedi solet — locum corrigere conati sunt, duabus rationibus locum sanandum censuisse. Sunt, qui singularem probent ita, ut sermo sit aut de illo, qui calumnias ad oratoris cognatos detulit, aut de Diodoro,<sup>50)</sup> calumniatorum principe. Sed ad nuntium primum oratio transit per verba § 8 *περὶ μὲν οὖν τοῦ λέγοντος οὐδὲν ἂν περιάινετε πυνθανόμενοι* ita, ut antea ejus mentio facta esse non possit; deinde ad nuntium non quadrant verba *δοκεῖν ἐμοῦ κήδεσθαι*, cum revera ille benevolus oratoris rem non agere visus sit, sed gesserit cognatisque oratoris familiarium maledicta et convicia renuntiaverit. § 9 *χαριζόμενος*. Qui ita oratori consulit, molestus dici non potest. Neque nuntius neque Diodorus his verbis

<sup>46)</sup> Scheibe praef. ed. p. XXI. <sup>47)</sup> Buermann, a. a. O. p. 353. <sup>48)</sup> Scheibe, a. a. O. p. XXI. <sup>49)</sup> a. a. O. p. 255. <sup>50)</sup> Hölscher, a. a. O. p. 71.

significari potest. Ad Diodorum enim, unum ex amicis oratoris, qui familiaritatem simulantem a partibus Polyclis stabant, orator transgreditur in tertia parte orationis § 10. 14, neque ex oratione ipsa cognoscere possumus, num tantas in priore parte orationis partes egerit nomine ejus nunquam nominato, quantas in altera; deinde verbis aut de Diodoro aut de nuntio dictis est lacuna, et verba desunt, quibus aut Diodorus aut nuntius inducitur.

Alii verba *ἐνοχλεῖ*, *ἐποιήσατο*, *ἔλεγε* in pluralem ita mutanda censent, ut verba ad socios, in quos orator invehitur, referantur: *ἐνοχλεῖτε ἐποιήσασθε*, *ἐλέγετε*. Cui mutationi nihil obstat, praesertim cum nonnullis orationis locis sit probata § 3 *εἶπατε*, § 7 *ὑπερβείτε*, § 8 *ἐλέγετε*, § 16 *ἐλέγετε*, ubi codices praebent singularem *εἶπάτω*, *ὑπερβείθε*, *ἔλεγε*, *ἔλεγε*. Nil igitur impedit, quominus verba in pluralem mutantur, ut oratio continuetur in opprobriis in amicos perfidos faciendis per verba *ἐνοχλεῖτε* et *ἐλέγετε*. Sed Buermanni conjectura, qua locum corruptissimum e suo ingenio sanare studet, non est probanda. Primum verba *ἐπιχειρεῖτε ἐνοχλεῖν* non quadrant ad nexum sententiarum, cum socii oratori turbas re vera fecerint, neque *ἐπιχειρεῖτε ἐνοχλεῖν* sed *ἐνοχλεῖτε* sit scribeudum. Deinde verbum *τοιούτως*, non florentibus graecis literis, sed posterioribus temporibus est usitatum, quibus orationem esse scriptam Buermannus non satis demonstravit. Concedendum tamen Buermanno est verbum *καίτοι* esse offensionem, cum nostro loco enuntiatum per verbum *καίτοι* non antecedentibus opponatur, sed oratio in calumniis enarrandis porro tractetur. Quid sibi velit particula *καίτοι* non facile apparet? Ac verbum quidem *καίτοι* a librariis saepe scriptum esse pro *καί μοι* constat inter omnes<sup>51)</sup>, velut X. 14, ubi *καίτοι* libris traditum a Marklando Turicensibus et Cobeto assentientibus mutatum est in *καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον*. Quare legendum hoc quoque loco censeo pro *καίτοι* — *καί μοι*. *καί μοι οὕτως ἐνοχλεῖτε* „ac mihi tantas facitis turbas“, qua facillima conjectura probata per adjectivum dativum ad verbum *ἐνοχλεῖτε* et constructio usitata verbi servatur, et bene omnia cohaerent. In subsequentibus verbis maxime offendunt verba *περὶ πλείονος ποιησῆσαι* — *δοκεῖν κήδεσθαι* — *κατελείπειν*, quae nexui sententiarum oppugnant. Socii malevoli multa oratori maledixerunt non palam, sed absenti. Oratori igitur non consulunt, sed consulere videntur, cum criminationibus et maledictis sodalem cumulent. Quem ad sensum exprimendum verborum ordo ita mutandus est fortasse: *ὥστε περὶ πλείονος ἐποιήσασθε δοκεῖν ἐμοῦ κήδεσθαι ἢ κήδεσθαι, καὶ μᾶλλον ἐμοῦ κατελείπετε*.

Sequuntur tum calumniae ipsae, quarum tamen partem modo sese esse commemoraturum affirmat orator. In proximis verbis affert causas, cur omnes amicorum criminationes enumerare sibi displiceat. Cum aegre ferens verba maledica percepta vereatur, ne per easdem calumnias repetitas apud socios — ex Marklandi et Kirchneri (*ἐλέγετε*) emendationibus *ὅ τι ἐλέγετε κατ' ἐμοῦ, τὰντὰ λέξαιμι* pro *κατ' ἐμοῦ τὰντὰ δόξαιμι*, quae verba sine interpunctione codex X praebet<sup>52)</sup> — eos omni culpa liberet, modo dicere eas vult, quas amici dixerunt in ludibrium ipsorum, non in oratoris contumeliam. Quod amici dicebant oratorem cum ipsis invitis habere consuetudinem et ipsis minime lubentibus Eleusina esse profectum, magnam perfidiam ostenderunt, cum palam pro amico haberent et absentem criminarentur. Socii debebant aut desinere maledicere oratori aut eo familiariter non uti, idque quidem palam amicitia renuntiata. Quod ne facerent, ob causas certas, fortasse ob divitias, veriti sunt. Atqui orator intelligere non potuit, cur familiaritatem suam aspernarentur, cur animus familiarium sibi esset infensus. Sequor Scheibii conjecturam in altera Lysiae editione expressam *καὶ μὴν οὐδὲν αὐτὸς ἐξεῦρον*. Orator enim amicis nec

<sup>51)</sup> Kirchner, a. a. O. p. 5. <sup>52)</sup> Lampros, Hermes, XI.

divitiis nec amicis nec fama nec ulla re inferior erat. Praebent codices tum lectionem: *καὶ ταῦτα δ', ὅτι πρὸς τοὺς τελευταίους ἔλεγεν, οὗς ᾤεσθε ἀπαγγελεῖν ἡμῖν, κἀνταῦθα* etc., quae verba corrupta, ut ceteras praeteream conjecturas, emendata sunt Sauppilii et Cobeti conjecturis, quae in textum editionis a Cobeto curatae receptae sunt: *καὶ ταῦτα δ', ὅτε πρὸς τοὺς τελευταίους ἐλέγετε, οὐκ ᾤεσθε* pro *ὅτι ἔλεγεν οὗς*. Agitur hoc loco non de nuntio, qui oratoris cognatis rem detulit, ad quem Gleinigerus<sup>53)</sup> non recte codicum lectione servata verba refert, sed de amicis, qui oratorem calumnias et maledicta esse percepturum non sperabant. Verba *καὶ ταῦτα* sqq. cum antecedentibus verbis non stricte cohaerent, neque quidquam invenitur, ad quod pertineant. Verbum *τελευταίους*, quod aliquam habet obscuritatem, mutant Franzius in *ἐπιτηδείοις*, Scheibius in *ἀναγκαίους*, fortasse opinantes apud cognatos oratorem calumniis esse affectum. Concedendum est Gleinigero verba esse obscura, et nexum sententiarum clariorem fieri puto, si cum Dobreo, quem sequitur Buermannus<sup>54)</sup>, mutamus *τοὺς* in *τούτους*. Qua conjectura probata sensus efficitur hic: Jam antea me sermonibus sinistris insectati estis, de quibus tamen certior factus non sum; dicebatis cuivis potius, quam alicui, unde calumnias perciperem; postremo me apud hos criminati estis, sperantes, illos sermones ad me delaturos non esse. Idem sensus redditur Pertzii conjectura: *ὅτε πρὸς τούτους ἐλέγετε, οὗς ᾤεσθε ἀγγελεῖν ἡμῖν τελευταίους*. Socii modo iis calumnias dicebant, quos altum silentium obtenturos esse sperabant. Sed contra omnium opinionem exstitit nuntius. Interim huc illuc circumeuntes se ipsos socii querelis defatigabant de improbo eo, qui orationem habet, ita ut palam oratori amicitiam non renuntiarent, sed opprobrio iis facto dicere licitum esset, se jam egisse, ut removeretur, cum iis, quos rem esse delaturos spes esset, querelas aperuissent. Consuetudo igitur cum improbo habita non ipsis est culpa, sed oratori, qui omnibus artibus adhibitis removeri non potest. —

Transit res tum ad nuntium § 8 *περὶ μὲν οὖν τοῦ λέγοντος*, de quo ut de ceteris personis § 10. 12. 13. 14. 15. nec hoc nec alio loco certa mentio facta est. Quidam ex amicis et sociis, qui sermones audivit, ipse oratoris cognatos de amicorum perfidia certiores facit, qui oratori ipsi rem patefaciunt. Hoc modo certe res sese habet<sup>55)</sup>. In oratione res haec breviter neque satis lucide dicta est. Verba enim § 9. *οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐκεῖνος ἡμῖν ἀπήγγελλεν* contradicunt verbis, quae sequuntur § 9. *ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐμοὶ χαριζόμενος ἀπήγγειλε τοῖς ἐμοῖς ἀναγκαίοις* et verbis § 13 *ἔπειτα κέρδος ἦν αὐτῷ διαβάλλειν ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς οὕτω προθύμως, ὥστε σπουδάσαι πρὸς τοὺς ἐμοὺς ἀναγκαίους πλάσασθαι ταῦτα*; ubi, quanta ei sit habenda fides, agitur. Cum nuntium et oratori et ejus cognatis aperuisse calumnias per se non verisimile sit neque in oratione dicatur, putare possumus oratorem per cognatos suos certiore esse factum<sup>56)</sup>. Hunc nuntium orator sociis denuntiaturum se esse negat, cum et amici ipsi, qui cum eo verba fecerint, jam eum cognoverint, neque orator cum illo ita sit acturus ut ille cum amicis perfidis. Orator enim non has benevolentiae gratias agere vult, cum nuntius non eodem animo rem patefecerit, quo amici ei dixerunt; socii studio laedendi moti sermones huic dixerunt, rem nuntius benevolus necessariis retulit. Ac ea quidem, quae nuntiata sunt, orator pro veris habet, cum praesentia ita concinant cum rebus antea gestis, ut illa his, haec illis satis firme comprobentur. Ac nuntiatis diffidens orator facile arguere potuit, quanta esset fides habenda. —

Incipit statim orator rem antea gestam et huic actioni praegressam narrare, quae quidem, ut ex oratione concludere possumus, est haec: Polycles quidam, qui non est ex oratoris amicis

<sup>53)</sup> a. a. O. p. 163. <sup>54)</sup> a. a. O. p. 357. <sup>55)</sup> Buermann, a. a. O. p. 358. <sup>56)</sup> Stutzer, a. a. O. p. 530.



§ 12 παρόντων τῶν διαιτητῶν ὀργιζόμενος ὁ Πολυκλῆς εἶπεν ὅτι καὶ τοῖς ἑμοῖς ἐπιτηδείοις ἀδικεῖν δοκοῖν, cui orator duodecim minas mutuas dederat, oratori equum morbo defessum oppigneravit. Qui cum morbo eum laborare animadverteret et equum adductum reducere vellet, veritus, ne ipso equum tenente moreretur, Diodoro et ceteris amicis perfidis suadentibus, qui dicebant Polyclem pecuniam nihilo minus esse soluturum, retinebat equum. Accidit id, quod metuerat. Equo mortuo Polycles pecuniam sese pignore sublato redditurum esse negavit. Simul subito amici perfidi actori adversantes a partibus Polyclis steterunt negantes oratorem jure pecuniam reposcere. Consilio eorum non satis perspecto arbitrabatur orator amicos philosophantes ingenii exercendi causa ex more philosophorum contradicere de re proposita. Postquam res ad arbitros est delata, cognovit accusator amicos contra se dixisse et egisse, ut de causis auditis, quas orator apud iudices erat dicturus, certiores facerent Polyclem. Quam quidem fraudem percepit orator, cum Polycles coram arbitris diceret amicos oratoris ipsos confessos esse causam oratoris esse injustam. —

Haec est causa apud iudices acta. Res summas modo oratio strictim tangit brevibus enuntiationibus, iisque saepe nullis copulis inter se nexis § 10 ut ἀνάγειν με βουλόμενον. § 11 καίτοιγε σφῶν γε αὐτῶν κατηγοροῦν. § 12. οἱ δ' ἄρα οὐκ ἀντέλεγον ἀλλ' ἀντέπραττον. καὶ διὰ τοῦτο ἀντέπραττον. ἐδηλώθη γὰρ ταῦτα. παρόντων τῶν διαιτητῶν. ἄρα γε ταῦτα ξυμβαίνει τοῖς ἀπαγγελλομένοις; καὶ ταῦτα τί με δεῖ φανερώτερον ἐξελέγγειν ἔτι; § 13. οὐ γὰρ δὴ παρῆν τούτοις. § 15. μετὰ τοῦτο Ἀυτοκράτης. Verba prima § 10 sunt corrupta et deperdita; lacuna est — cujus jacturae culpa est in librario — post τοῦ ἵππου, qua excidit verbum unde pendeat accusativus πράξαντά με. Quam quidem lacunam alius alio modo supplere conatus est. Probabilis videtur conjectura Emperii, in orationibus Lysiae conjectoris felicissimi, προσῆγε Ἡγέμαχος κἀμνοντα τὸν ἵππον, quod et subjectum desideratur et ex palaeographica ratione conjectura est facillima. Saepissime enim factum est, ut scribae docti et indocti pariter, quae bis scribenda essent, semel scriberent et a syllaba ad eandam syllabam vel vocabulum delapsi omitterent<sup>57)</sup>. Ad veram lectionem propius accedimus, si cum Buermanno et Fritzschio hoc modo verba mutamus: πρῶτον μὲν ἅπαντα δι' ἑμῶν πράξαντί μοι περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἵππου προσῆγε Ἡγέμαχος κἀμνοντα τὸν ἵππον, καὶ ἀνάγειν με βουλόμενον Διόδωρος οὕτω ἀποτρέπειν ἐπειροῦτο. Quod orator Hegemachum, Diodorum, § 13 Cleitodicum, § 14 Thrasymachum, § 15 Autocratem, Euryptolemum agentes nulla antea mentione facta inducit, offensionem esse non potest, cum oratio non sit forensis, sed habita sive habita fingatur in coetu amicorum de personis et rebus cognitivis<sup>58)</sup> inter socios § 10 περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἵππου — περὶ τῶν δώδεκα μινῶν. Amici quomodo causa cum Polycle acta impliciti sint, in oratione non dicitur. Ex verbis tamen § 12. ὅτι καὶ τοῖς ἑμοῖς ἐπιτηδείοις ἀδικεῖν δοκοῖν videre possumus praeter Diodorum socios Polyclis consiliis favere. Sequuntur tum verba καίτοιγε σφῶν γε αὐτῶν κατηγοροῦν. εἰ γὰρ ἂ μετὰ τούτων ἀδικουμένῳ μοι μηδὲν ἦν δίκαιον εἰπεῖν, ἢ πον καλῶς συνέπραττον. Quae nisi mutata intelligi non possunt. Dobreis scribit σφῶν γε pro ἐφ' ὧν γε, quae mutatio a Scheibio, Cobeto, Turicensibus probata non rejicienda est propter particulae γε repetitionem, quae hic illic apud scriptores atticos occurrit<sup>59)</sup> § 3 πρῶτον μὲν οὖν — εἰπάτω οὖν. Buermannus haec verba § 11. καίτοιγε σφῶν γε αὐτῶν κατηγοροῦν. εἰ γὰρ ἂ μετὰ τούτων ἀδικουμένῳ μοι μηδὲν ἦν δίκαιον εἰπεῖν, ἢ πον καλῶς συνέπραττον pro glossemate lectoris docti habet, qui putabat

<sup>57)</sup> Sauppe, ep. crit. p. 29. <sup>58)</sup> Bake, Schol., Hypomn. II. p. 233. <sup>59)</sup> Foertsch, commentatio crit. p. 8.

non satis perspicui ex oratione ipsa, quomodo socii de causis oratoris, quas apud iudices prolaturus erat, facti sint certiores. Sed quomodo verba, quae nexum sententiarum non interrumpunt, sanare studuerit Buermannus, probandum mihi non videtur. Quid sibi velit *κατηγοροῦν αὐτῶν*, eos accusabam, ne Buermanni interpretatione quidem: ‚natürlich als fingierte Gegenpartei‘ intelligi potest. Accusatione amicorum non opus est. Amicis enim oratori obiectibus injuriam orator se defendendi causa dicebat, cur sibi ratio agendi videretur recta. Itaque amici ex oratore ipso de re disputantes cognoscebant argumenta, quibus ad iudices erat usus. Corrigendum hunc locum ita censeo ut nexus sententiarum sit hic: Amici, quomodo se in oratorem gesserint, ostendunt perfidiam et accusant se ipsos. Nam cum orator sociis suadentibus detrimentum acciperet privatus duodecim minis neque quidquam justis ad iudices dicere posset, socii oratorem non adjuvare potuerunt eo, quo amicis par erat, auxilio. Qui requiritur sensus, restituitur verbis traditis non valde mutatis et hoc modo lectis: *εἰ γὰρ ἄρα παρὰ τούτων ἀδικουμένῳ μοι μηδὲν ἦν δίκαιον εἰπεῖν, ἢ πῶς καλῶς συνέπραττον*, quae verba per ironiam dicta sunt *καλῶς* i. e. *κακῶς*. Amici perfidi non modo oratorem calumniis afficiebant, sed etiam agitabant — codicis lectione *ἀντέπραττον* servata neque cum Emperio in *ἀντέλεγον* mutata — ut Polycles de causis oratoris certior fieret. —

Quae omnia coram diaeteticis patefacta sunt, optime consentiunt cum nuntiatis. Accedit, quod nuntius detulit amicos esse dissuasuros omnibus rem apud iudices acturis nonnullosque ad causam defendendam paratos jam prohibuisse, quominus agerent. Quod quidem verum esse ostendit id, quod oratori responsum est a Cleitodico. Qui rogatus ab oratore, ut apud iudices epilogum diceret, hoc sese facturum esse negavit. Quam rem, cum non adesset eo tempore, quo ea acta erant, modo a sodalibus comperire poterat. Dubitari potest, quem significet *ἤδη πότε ἐκεῖνος*, Optime haec verba referri possunt ad nuntium. Verba sic intellecta optime consentiunt cum § 9. *καὶ ταῦτα εἰ μὲν ἠπίστον, ἐξελέγχειν ἂν ἐζήτων* et sequentibus verbis § 13 *ἔπειτα κέρδος ἦν αὐτῷ διαβάλλειν ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς οὕτω προθύμως, ὥστε σπουδάσαι πρὸς τοὺς ἀναγκαίους πλάσασθαι ταῦτα*; quanta nuntius fide et veritate nuntiaverit, ostendere conatur orator per verba § 12 *ἄρα γε ταῦτα ξυμβαίνει τοῖς ἀπαγγελλομένοις*; et ea, quae sequuntur. Sermones a nuntio esse inventos non est, cur credat is, qui orationem habet. Scheibii conjecturam *ἔπειτα* pro *ἐπεὶ*, quod verbum libri exhibent, collationes Lamprosii<sup>60)</sup> et Schoelli<sup>61)</sup> confirmant. Fortasse excidit *α* post duplicem accentum, quorum alter ex littera *τ* depravari potuit<sup>62)</sup>. *κέρδος ἦν αὐτῷ διαβάλλειν ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς* carent omni sensu. Verbum *αὐτῷ* est referendum ad nuntium. Qui delator benevolus § 9. *ἐμοὶ χαριζόμενος* oratoris cognatis calumnias aperuit neque oratorem apud socios neque per cognatos socios apud oratorem, quae res utilitatem ei ferre non poterat, criminatus est. Conjectura Kirchneri<sup>63)</sup> *ὑμᾶς πρὸς ἐμὲ* sive *πρὸς ἐμὲ ὑμᾶς*, quam probant Gleinigerus et Buermannus, sanatus est locus.

Cognovit orator tum demum jam dudum amicos criminandi *κακῶσαι*, qua voce continetur et *κακῶς ποιεῖν* § 10. 11. 12. et *κακῶς λέγειν* § 14. 15, quaevisse occasiones e duabus calumniis, quae inducuntur per verba *γινώσκω δὲ νῦν ἤδη*. Jam prius socii malevoli dixerunt Thrasy-machum maledicere ipsis oratoris causa. Codices hanc exhibent lectionem § 14. *ἦνίκα Θρασύμαχον ὑμᾶς ἐφάσκετε κακῶς λέγειν δι' ἐμέ. καὶ ἐγὼ μὲν ἠρώτων αὐτὸν εἰ δι' ἐμὲ κακῶς λέγοι Διόδωρον*, quae verba deperdita sunt. Verbis ita lectis deest sententia Diodorum primum ex omnibus

<sup>60)</sup> Hermes, X. a. a. O. <sup>61)</sup> Hermes, XI. a. a. O. <sup>62)</sup> Fritzsche, a. a. O. <sup>63)</sup> Kirchner, a. a. O. p. 18.

sociis a Thrasy-macho calumniis esse affectum, quam Gleinigerus hoc modo exprimit: *καὶ πρῶτον μὲν Διόδωρος ἔλεγεν ὑπὸ Θρασυμάχου κακολογεῖσθαι*. Orator sociis affirmantibus se a Thrasy-macho laedi et violari ex Thrasy-macho non quaerere potuit, num sua causa malediceret Diodoro. Examine vero instituto et hanc calumniam falsam esse apparuit et alteram criminationem, quae incipitur a verbo § 15. *μετὰ τοῦτο*. Non dicitur hoc loco ut priore calumniam esse factam *δι' ἐμὲ*, oratoris causa, sed modo *ἐμοῦ παρόντος*, oratore praesente, quod nihil habet ponderis. Concludere tamen possumus ex antecedentibus et subsequenti *ἐβάδιζε μετ' ἐμοῦ* in hac quoque criminatione oratorem causam esse, cur Euryptolemus a Thrasy-macho injuriis violetur. Gleinigeri conjecturam, qui post *ἀκούειν ὑπ' αὐτοῦ* inserit *αἰτοῦντος* sive *δεομένου ἐμοῦ* supervacaneam putat Buermannus.

Hisce duobus maledictis orator demonstrare conatur socios jam diu fraudes oratoris accusandi esse machinatos. Sed cum antea causis iis opus esse videatur, nunc oratorem aperte lacesunt. Oratorem jam dudum perspicere oportuit futurum esse, ut a sociis calumniis afficeretur, cum sociorum alter alteri oratore praesente malediceret. Sequuntur tum verba § 17 *ἔπειτα καὶ περὶ Πολυκλέους, ᾧ νυνὶ βοηθεῖτε, πάντ' εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς*, quae nexum sententiarum manifesto interrumpunt. Recte igitur ea esse delenda Buermannus censet et, quomodo in textum recepta sint, optime declarat. Lector doctus, qui recapitulari verbis § 16 putabat § 14. 15 neque ea, quae § 10. 11. 12 continentur, repetita esse videbat, haec verba *ἔπειτα καὶ περὶ Πολυκλέους, ᾧ νυνὶ βοηθεῖτε, πάντ' εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς*, in codicis marginem scripsit, unde in textum ipsum, sed in locum falsum intraverunt.

Quibus verbis deletis orator pergit causam afferre, cur amicorum calumnias non vitaverit — ante *ἐφολαττόμην* est inserendum *οὐκ*, quod libri omiserunt. — Cum omnes fere socii ipsis apud oratorem maledicerent, orator sese esse liberum putabat criminationibus.

In conclusione orationum Lysias rem summam breviter complectitur. Contra in nostra oratione epilogo, qui magnis vitiis deformatus non est, sociis orator amicitiam renuntiat et ex societate sua sponte discedit, ex qua nullum fructum capit; discedendi fructum certe capiet orator hunc, ut sociorum, qui semper unum ex familiaribus aggrediuntur, calumniis nullis laedatur. Si orator e societate discesserit, alius et rursus alius calumniis afficietur, et superstiti non nisi maledicta in se ipsum rejicienda manebunt. Sociis mos erat iis, quibus familiariter utebantur, non iis, quibuscum consuetudinem non habebant, maledicendi.

Hoc fere est argumentum orationis octavae. Ad tam exile argumentum pertractandum Lysiam aut bonum oratorem stilum venalem habuisse vix credi potest.<sup>64)</sup>

Ac multis locis, quos affert Gleinigerus<sup>65)</sup>, ut ostendat orationem a Lysia esse compositam, cum multa insint ceteris orationibus similia, nemini persuadere poterit; nam hisce exemplis allatis aut Lysiam aut quemvis alium orationis auctorem esse demonstrari potest<sup>66)</sup>. Omnia, quae oppugnant Lysiacae dictioni, excerptori attribuit ita, ut dicat orationem, qualis nunc nobis tradita sit, a Lysia scriptam non esse, sed breviarium orationis a Lysia scriptae. Sed per hanc alteram recensionem difficultate in oratione dijudicanda evitata, non sublata<sup>67)</sup> id quidem conceditur, scriptum, quale traditum sit, ab auctore, cujus nomini sit attributum, compositum non esse. Deinde excerptorem verba exempli multis fere locis verbo tenus sequi et pauca modo dictionis

<sup>64)</sup> Franken, a. a. O. p. 61. <sup>65)</sup> Gleiniger, a. a. O. p. 170. 171. 172. 175. 176. <sup>66)</sup> Sauppe, Gött. Gel. Anz. 1864 p. 828. <sup>67)</sup> Willamovitz-Moellendorf, Hermes IX. p. 336 n. 1.

suae aetatis inserere velut XI. § 1 *συνοίδασι* pro *συνίσασι* § 9 *καὶ ταῦτα* ostendit oratio undecima comparata cum antecedenti. Contra in oratione nostra permulta inveniuntur, quae a Lysiae sermone dicendi aliena sunt et ea ad orationem a Lysia abjudicandam plus valent quam similia ad orationem Lysiae attribuendam.

Transeamus nunc ad singula. Hanc orationem composuisse Lysiam Benselerus<sup>68)</sup>, quem sequitur Blassius, negat propter hiatum consulto evitatum. Constat enim inter omnes viros doctos oratores, qui ante Isocratem floruerint, hiatum evitandum non curasse, neque in Lysiae orationibus ullum huius studii vestigium reperiri exemplis multis facile probari potest. In nostra autem oratione contendit Benselerus consulto esse evitatum vocalium concursum et verba ita conjuncta, ut hiatus non existeret. Quamvis in oratione octava rarior sit hiatus, tamen secuti codicem X a Scheibio expressum concursus vocalium videmus. § 1. δὲ ὄν. § 5. δὲ ὑβρίζειν. § 6. δὲ ἀσχροὺν. οὐδὲ ἀπειπεῖν. § 9. καὶ ἐμοί. § 10. τὸ ἀργύριον. § 11. σφῶν γε αὐτῶν (Dobreus). καὶ ἐγὼ. § 14. καὶ ἐγὼ. § 15. δὲ εἶναι. οὔτε ἀκοῦσαι. οὔτε ἀπαγγεῖλαι. καὶ οὐ. § 16. δὲ ἐπειδὴ quorum multos Cobetus secutus aures et naturam non hebetem et longo legendi usu subactam<sup>69)</sup> crasi aut elisione removet. Ac id quidem est Cobeto concedendum, facile fieri potuisse, ut crasi aut elisione in his locis hiatus levior evitaretur, si orator voluisset. Sed cum Lysias hiatum non evitaverit, ut supra dictum est, neque in crasi neque in elisione constantiam et regulam apud eum deprehendimus. *κἀγὼ*. I. 13 bis. III. 11. XXIIV. 5. XXV. 7. καὶ ἐγὼ I. 12. III. 5. IV. 9. VIII. 11. 14. XII. 17. XIII. 90. *κἀκεῖνος* I. 19. 25. 42. VIII. 3. 15. XI. 12. XIV. 26. XXIIV. 20. XXVI. 9. 13. 15. καὶ ἐκεῖνος I. 4. XIII. 27. II. 2. XIX. 34. XXI. 24. *τἀργύριον* IV. 9. XVII. 2. τὸ ἀργύριον III. 25. VIII. 10. IX. 6. X. 18. XXIIV. 8. *ταῦτα* VIII. 4 bis 9. X. 20. XIX. 36. XXVII. 9. τὰ αὐτὰ VI. 15. 38. Hac in re discernere difficillimum est. Nam secuti codicem eumque optimum traditi sumus librariorum temeritati, cum codicum scriptores hoc non animadvertisse constet inter omnes. Lysiae codices vitiis deformati hac in re nullam habent auctoritatem. Difficillime tollitur aut removetur hiatus in his locis. § 1. 14. *περὶ ὄν*. § 3. *εἰπάτω οὖν*. § 4. *καίτοι οὕτως. περὶ ἐμαντοῦ. ὅτι ἐλέγετε*. § 5. *οἴομενοι ἐμὲ*. § 7. *ὑμέτερα ἀσφαλῶς ἔχοντα*. § 8. *ῥέσθε ἀπαγγελεῖν*. § 9. *ποιήσοιμι αὐτὸν. ταῦτα εἰ*. § 10. *οὐτοσὶ ἀποτρέπειν* (Cobet). *τοῦ ἵππου. με εἶη*. § 11. *ἄρα οὐκ*. § 12. *τοῦτο ἀντέπρακτον*. § 15. *τοῦτο Ἀντοκράτης. Θρασυμάχῳ ἔλεγεν. πόποτε ἔφασκεν*. § 16. *ἐπειδὴ ἐκλελοίπασιν. λείπετε ἤδη οὐδέν*. § 17. *ταῦτα οὐκ. τι ἔπαθον. περὶ ἀλλήλων*. § 19. *ὁ εἰς. βέλτιστα ἐρεῖτε*.

Accedit ad haec exempla Reiskii emendatio *εὔνοι ὄντες* pro *εὔνοος ὄντες*, quod libri exhibent, quam emendationem Cobetus, vir attici sermonis peritissimus, probat. Cobetus enim participium *εὔνοοῦντες* et *κακονοοῦντες* constanti usui omnium attice loquentium repugnare dicit<sup>70)</sup> eamque ob causam pro *κακονοοῦντες* XXIX. 10, quam in orationem scribarum socordia irrepsit, restituit *κακόνοι ὄντες* et *εὔνοοῦντες* XIII. 13, quam lectionem libri exhibent, sine cunctatione mutat in *εὔνοι ὄντες*. Opponuntur inter se *εὔνον εἶναι* et *κακόνον εἶναι*, non *κακονοεῖν* et *κακὰ νοεῖν* sive *εὔνοεῖν*. Lysiam adamasse adjectivum cum verbo *εἶναι* conjunctum multis ex locis elucet, quos affert Kirchnerus<sup>71)</sup> XIII. 1. 10. XVIII. 8. XX. 1. 17. 8. 9. XII. 49. 59. 65. 93. XIII. 93. 10. XIV. 10. XVI. 3. XVIII. 6. 11. 26. XX. 2. 27. XXXI. 18. XVIII. 8. VII. 28. XXV. 7. XXIX. 10. XIII. 13. Cum constet inter omnes Lysia neminem magis attice

<sup>68)</sup> Benseler, a. a. O. p. 183. <sup>69)</sup> Cobet, ed. Lys. orat. Amstelodami 1863. praef. p. V. <sup>70)</sup> C. G. Cobet, oratio de arte interpretandi Lugduni-Bat. 1858. p. 552. <sup>71)</sup> Kirchner, a. a. O. p. 20.

locutum esse, Scheibius<sup>72)</sup>, qui auctore Benselero<sup>73)</sup> defendit *ἐννοοῦντες*, non recte comparat ad hunc locum Sophocl. Ajax 689 *ἐννοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα* et Aristoph. Nub. 1411. *οὐ καμέ σοι δικαίων ἐστὶν ἐννοοῦνθ' ὁμοίως τύπτειν* et Xenoph. Cyrop. VIII. 2. 1, cum *ροῦτᾶε* huc referendi non sint, et Xenophon vero et attico sermone non utatur. Sed verbo *ἐννοεῖν* rarissime apud Atticos usurpato vix declarari potest, quomodo factum sit, ut participium *ἐννοοῦντες* servetur. Propter similitudinem verborum facile fieri potuit, ut confunderetur *ἐννοοῦντες* verbis *ἐννοὶ ὄντες*. Rectum igitur est id, quod Cobetus cognovit; ejusque conjectura esset probanda, si oratio esset Lysiacae. Loci, quos affert Blassius, qui doceant verba esse confusa et contorta ad vocalium concursum evitandum § 1 *περὶ ὧν εἰπεῖν ἐβουλόμην πάλαι* pro usitato verborum ordine *περὶ ὧν πάλαι ἐβουλόμην εἰπεῖν* et § 12. *τί με δεῖ φανερώτερον ἐξελέγχειν ἔτι* pro *ἔτι φανερώτερον* non sufficiunt ad sententiam probandam. Praeter illos locos verborum structura offensionem est § 16. *τοιαντάς προφάσεις προφασίζόμενοι τότε μὲν ἐκ τῆς ἐμῆς καὶ Θρασυμάχου συνουσίας ἐστὲ φανεροί.* § 9. *καὶ ἐμοὶ σημεῖα ταῦτα μὲν ἐκείνων ἐστίν, ἐκεῖνα δὲ τούτων ἱκανά.* § 14. *πολλοῦ γὰρ δεῖν ἔφη δι' ὄντιον εἰρηκέναι Διόδωρον κακῶς.* § 2. *τοῖς δὲ βουλοίμην ἂν δόξαι μηδὲν ἀδικῶν τούτους ὑπὸ τούτων ἀδικεῖσθαι πρότερον.* Cur verborum ordo sit mutatus, difficile est dicere; fortasse rhetor industria id egit, ut ictus et ars quaedam rhetorica existeret (Fritzsche).

Inveniuntur majora argumenta, quae ostendant, orationem Lysiae falso esse tributam. Tenuis est Lysias verbis et brevis<sup>74)</sup>. Quam brevitatem saepe est assecutus antithesibus<sup>75)</sup>, quibus in fere omnibus orationibus libenter utitur, sed modum ita tenet, ut oratio, quam videmus antithesibus coacervatam et cumulatam suspicionis indicium jure praebet. Eroticus, qui opponit amantem non amanti, has figuras jure praebet multas, et Epitaphius, qui ab omnibus viris doctis a Lysia abjudicatus est. Simplex Lysiae elegantia rhetores ita excitavit, ut hoc studio perspecto non modo imitarentur sed aemularent. Orationem octavam hoc antitheseon genere magis quam ceteras orationes abundare neque quisquam negabit, cum nullam fere sit enuntiatum, cui antithesis desit. § 1. *ἀρείσι μὲν — ἀρείσι δὲ. τοὺς μὲν γὰρ — τοῖς δὲ βουλοίμην.* § 2. *ἀνιερὸν μὲν — ἀδύνατον δὲ. τοὺς δοκοῦντας εἶναι φίλους — ἀδικοῦντας.* § 3. *ἀκήκοεν — πέπονθεν. τὰ μὲν λέγειν — τὰ δὲ ποιεῖν.* § 4. *πρὸς τούτους ἡμᾶς — οὐς πρὸς ἡμᾶς αὐτούς.* § 5. *οἴεσθε μὲν — ἀποφαίνετε δὲ. λάθρα μὲν — φανερῶς δὲ.* § 6. *ἢ μὴ κακῶς λέγειν — ἢ μὴ ξυνεῖναι. ἀσχερὸν ἠγείσθε — πῶς ἀσχερὸν ἦν.* § 7. *οὔτε γὰρ ὑμᾶς σοφωτάτους — ἐμαντὸν δ' ἀμαθέστατον. οὐδὲ πολυφίλους ὑμᾶς — ἐμαντὸν δ' ἔρημον φίλων. ὑμᾶς μὲν πλουτοῦντας — ex Scheibii conjectura — ἐμὲ δὲ πενόμενον. οὐδ' αὖ ὑμᾶς μὲν ὑπερευδοκιμοῦντας — ἐμαντὸν δὲ διαβεβλημένον. τὰ μὲν ἐμὰ πράγματα κινδυνεύοντα — τὰ δ' ὑμέτερα ἀσφαλῶς ἔχοντα.* § 9. *ἐκεῖνος μὲν — ὑμεῖς δὲ. ἐμοὶ χαριζόμενος — ὑμεῖς δὲ βλάπτειν ἐμὲ βουλόμενοι. ταῦτα μὲν ἐκείνων — ἐκεῖνα δὲ τούτων.* § 11. *ἐγὼ μὲν — οἱ δὲ. οὐκ ἀντέλεγον — ἀλλ' ἀντέπραπτον.* § 13. *πρὸς ὑμᾶς — πρὸς τοὺς ἐμοὺς ἀναγκαίους.* § 14. *ἐγὼ μὲν — ὁ δὲ.* § 15. *οὔτε ἀκοῦσαι — οὔτε ἀπαγγεῖλαι — οὐδὲ διειλέχθαι.* § 16. *τότε μὲν — νῦν δὲ.* § 18. *ἀντὶ μὲν τοῦ λέγειν — ἀντὶ δὲ τοῦ βοηθεῖν.* § 20. *τοὺς μὲν γὰρ χρωμένους — τῶν δὲ μὴ χρωμένων.* Lysiam ante anarchiam longe aliam coluisse eloquentiam cum in Sicilia et Italia disceret τὸν ἥττω λόγον *ζρεῖττω ποιεῖν* et sophistarum castra sequeretur, per se probabile est. Sed Lysiam antitheses ita adamasse juvenem, ut vix unum enuntiatum ea careat, vix credi potest.

<sup>72)</sup> Scheibius, ed. praef. p. XXII. <sup>73)</sup> Benseler, a. a. O. p. 183. <sup>74)</sup> Hölscher, a. a. O. p. 32. <sup>75)</sup> Phot. cod. 262. *ἰδίωμα δὲ Λυσίου καὶ τὸ τὰς ἀντιθέσεις προάγειν.*

Eodem modo offendunt multae enuntiationes interrogativae, quibus oratio est exornata, § 3. *τί δῆτά με — διεβάλλετε*; § 6. *εἰ δὲ αἰσχρὸν — ἠγείσθε*; § 7. *πόθεν ἂν — συνόντι*; § 8. *πῶς γὰρ — λόγον*; § 12. *ἄρά γε — ἀπαγγελλομένοις*; § 16. *κατὰ τί — οὐκ ἐφυλαττόμην*; § 18. *πότερον — μαρτυρήσοντας*; § 19. *ἀλλ' ὡς — ἐμοῦ*;

Orator, qui sua, non amicorum causa orationem habet, et pronomini singulari et plurali utitur, ubi de se ipso loquitur. § 1. *μοι*. § 4. *ἡμᾶς*. § 7. *αὐτὸς*. § 8. *ἡμῖν*. § 9. *ἡμῖν*. § 19. *ἐγὼ*, quamvis Lysiae mos sit nunquam *ἡμεῖς* utendi, ubi unam inducit personam loquentem<sup>76)</sup>. Loci III. 15. 25. 28. XII. 81. 100. XIX. 2. 22. XXIV. 22 a nostris locis alienissimi non comparari possunt cum nostris, cum illis res agatur de personis pluribus.

Cur in nostra oratione vocativi desint, quibus orator adloquitur et amicos et inimicos, dicere difficile est. Desiderantur maxime allocutiones § 3. 10. 12. 13. 18, quo elatior ruat oratio; § 3. *εἴπατε οὖν*. § 10. *ἅπαντα δι' ὑμῶν πράξαντα* § 10 *ἀντίδικος μετὰ τούτων*. § 13. *ἔπειτα κέρδος ἦν αὐτῷ*, socios perfidos, in quos invehitur, orator appellat; § 12. *καὶ ταῦτα τί με δεῖ φανερώτερον ἐξελέγχειν* ἔτι ad amicos versus dictum est; § 18. *ὑμῖν* e societate decedens omnibus sociis renuntiat amicitiam. Cujus lacunae causam et codicem vitii et lacunis deformatum et rhetorem eumque non optimum puto, ad quem alia ducunt argumenta.

Inveniuntur enim in oratione cogitationes, ut ita dicam, putidae, quas neque Lysiam neque alium oratorem scripsisse verisimile est. § 4. *καὶ γὰρ ἀκούων ἠχθόμεν, οὐδ' ἂν ὑμῖν ἐπικαλῶν, ὅτι ἐλέγετε κατ' ἐμοῦ, ταῦτ' ἀλέξαιμι καὶ γὰρ ἂν ἀπολόοιμι τῆς αἰτίας ὑμᾶς, εἴπερ ὑμῖν ταῦτ' ἀλέγοιμι περὶ ἑμαντοῦ*. Orator calumnias amicorum, quas in ipsum jecerunt, dicturus non est; culpa socios liberaret, si ea verba repeteret; quasi qui alienas calumnias narret, flagitium committat, et qui aliorum maledicta reprehendat, eandem culpam habeat atque is, qui in aliquem injecerit<sup>77)</sup>. Ejusmodi enuntiatum jejenum et ineptum invenitur § 8. *πρῶτον μὲν γὰρ εἰδότες ἐρήσεσθε τὸν εἰπόντα μοι πῶς γὰρ οὐκ ἴστε πρὸς ὃν ἐλέγετε τὸν λόγον*; ubi orator sociis delatorem se esse nominaturum negat, quod jam cognoverint, quibuscum verba fecerint. Qui locus non excusari potest, quasi per ironiam ita dictus, ut apud plures oratorem calumniati scire non potuerint, quibus calumnias aperuerint<sup>78)</sup>. Quas in nugas modo is incidere potest, qui per longum tempus consuetudine sophistarum usus est; eodem ducunt verba § 11. *φιλοσοφοῦντας*, § 8. *σόφισμα*, § 11. *ἀντιλέγειν τὸν ἐναντίον λόγον*.

Repetitio ejusdem verbi in oratione est molestissima. Verbum *λέγειν* et composita oculis nostris occurrunt triginta quinque locis, alia dicendi verba duodeviginti locis: quae tamen repetitio difficile evitari poterat, cum res de calumniis in oratorem injectis ageretur. § 4. *ἔλεγε, ἐλέγετε, λέξαιμι, λέγοιμι, λέξω*. *λέξαιμι* est conjectura Marklandi et Emperii<sup>79)</sup> pro verbo *δόξαιμι*, quod codices praebent. Sed haec forma *λέξαιμι*, qua sensus loci optime redditur, est aliena a Lysiae et Atticorum sermone dicendi. Lysias enim in omnibus orationibus verbi *λέγειν* modo usurpat praesens et imperfectum et futurum eorumque modos ita, ut hae formae trecentis paene locis, sed aoristus *εἶπον* ejusque modi centum fere quinquaginta locis inveniantur<sup>80)</sup>. Itaque recte Cobetus assentiente Rauchensteinio<sup>81)</sup> fortasse hae dicendi Lysiae consuetudine cognita mutaret conjecturam Marklandi *ἂν λέξαιμι* in *ἂν διέξειμι*, si oratio esset Lysiae. — § 13. *ἐκλέγειν*, quod verbum codices praebent, in *ἐπιλέγειν* = *ἐπίλογον λέγειν* „epilogum dicere“, mutavit Emperius<sup>82)</sup>.

<sup>76)</sup> Frohberger, z. or. XII. 100. XXX. 84. <sup>77)</sup> Franken, a. a. O. p. 60. <sup>78)</sup> Kayser, Philologus XXV. p. 327. <sup>79)</sup> Emperius, observat. p. 18. <sup>80)</sup> Kirchner, a. a. O. p. 21. <sup>81)</sup> J. J. 91, p. 604. <sup>82)</sup> a. a. O. p. 21.

Quam conjecturam in recentiorum editionum textum receptam recte in dubium vocant Bakius, Pertzus, Fritzscheus; *ἐπιλέγειν* absolute dictum in hac notione nusquam apud oratores deprehenditur; τὰ *ἐπιλεγόμενα* modo sic usurpari videtur ab Aristotele.

Accedit ad haec exempla ejusdem locutionis et verbi repetitio haud multis verbis interpositis. *πρῶτον μὲν* § 3. 8. 10. 20 sine respondente *εἶτα* sive *ἔπειτα* δὲ; τὸ *τελευταῖον* § 5. 19. *ὑπερίδετε* § 7, *ὑπερίδε* § 14; § 15. *μέμφεσθαι* αὐτῷ, § 1 *μέμψασθαι* τοῖς ἀδικοῦσιν ἐμέ. *ἀπήγγειλεν* § 9. 12; *ἀπήγγελλεν* § 9; *ἀπαγγέλλοντα* § 15, *ἀπαγγεῖλαι* § 15; § 3. *κακῶς* τὰ μὲν *λέγειν* τὰ δὲ *ποιεῖν*, § 19 *κακῶς λέγειν καὶ ποιεῖν*; § 3. *δεηθεὶς* οὐκ *ἔτυχεν*, § 13 *δεηθεὶς ἐπιλέγειν* οὐκ *ἔτυχον*; καὶ ταῦτα § 3. 5. 6. 8. 9. 12. 14; *ἀντίπραττον* 12 bis; *ξυμβαίνει* § 9. 12; *ἐκεῖνος, ἐκεῖνος ἐκεῖνον, ἐκεῖνος ἐκεῖνον* § 9; verba *ἐκεῖνος* et *κάκεῖνος* haud multis verbis interpositis § 15 non eandem personam (*ἐκεῖνος* Thrasymachum, *κάκεῖνος* Menophilum) significant; ταῦτα septendecim, καὶ triginta sex, γὰρ viginti quattuor locis orationis inveniuntur<sup>83</sup>). *μὲν γὰρ* 1. 8. 9 20; *μὲν οὖν* quinquies legitur. —

Inanis est copia verborum et, ut ita dicam, loquax quaedam verbositas, qua eadem cogitationes aliis modo verbis repetuntur, inveniuntur in oratione. § 4. *ἂ δ' ἐλέγετε* — *ὑμῶν ἐπικαλῶν, ὅ τι ἐλέγετε κατ' ἐμοῦ*. Sensus, qui exprimitur per § 2 *μηδὲν ἀδικῶν*, § 3 *οἷς ἐξημέρηθη* — *δεηθεὶς* recipitur per verba *πρότερον* — *ἀμαρτίας* — *κάκεῖνος ἐπήγγειλε*, qui loci longe alieni sunt a Lysiae sermone dicendi ad majorem sententiae emphasin conciliandam, XIII. 19. *ἐβούλοντο οὖν ἄκοντα δοκεῖν αὐτὸν καὶ μὴ ἐκόντα μὴνεῖν*. XXIV. 4. καὶ γὰρ τῷ σώματι δύνασθαι καὶ οὐκ εἶναι τῶν ἀδυνάτων. XIII. 22. *πῶς οὐκ ἂν ἠνάγκασεν ἢ βουλή εἰπεῖν τὰ ὀνόματα Θεόκριτον καὶ μὴ ἀνόνημον τὴν μήνησιν ποιήσασθαι*, ubi eadem res et affirmative et negative profertur. —

Hölscher<sup>84</sup>) offensionem est verbum *ἐπεγκαλῶ* pro *ἐγκαλῶ*, quod verbum probat Scheibius<sup>85</sup>), cum Lysias simplicia verba eligat. Lysiam simplicium verborum amantem esse — id quod jam Reiskius cognovit — concedit Geversius, sed hoc ita intellectum vult, ut, cum per sententiam utrumque liceat, praeferat verbum simplex, sed nexu sententiarum postulante non verbis cum duabus praepositionibus conjunctis absteineat. Hoc Geversio est concedendum, cum Lysiae codices praebeant XIII. 25. *συνεκπλευσεῖσθαι*; *συνεκπλεῖν* XIII. 26 bis, 27; *συνεξέδωκε* XIX. 59; *ἐπεξέροχεσθαι, ἐπεξίεναί*, quae verba „judicio persequi“<sup>86</sup>) saepe in attico foro adhibentur X. 2. 31. XXIII. 14. XXXI. 18. XXVII. 15; *ἐπανάγνωθι* X. 18, quod multis et viris doctis assentientibus a P. R. Müllero mutatum est in *ἐτι ἀνάγνωθι*; XXV. 9 *συγκατήλθον. προσαπολωλέναι* XII. 64, *συναπόλλυντο* XII. 88, *προσενθυμηθῶσι* XXVI. 13. non in bicompositis numeranda sunt et *περικαταρρέοντα* XXX. 22 et *ἀποδιοπομπεῖσθαι* VI. 53 in orationibus inveniuntur, quas Harporatio a Lysia abjudicat. Sed nostro loco nexu sententiarum bicompositum non flagitante *ἐπεγκαλῶ* dicitur pro *ἐγκαλῶ* praepositionis ἐπὶ notione plane deleta. Verbum *ἐπεγκαλῶ* non significat „Vorwürfe noch dazu machen“ ut Lysiae temporibus, sed usitatum est verbi simplicis *ἐγκαλῶ* notionem habens, „queri de vel cum aliquo“. Quod tamen Geversius negat *ἐγκαλῶ* accusativo carere posse comparato loco III. 19. *οὐδὲν μοι πρόποτε ἐνεκάλεσεν οὐδείς*, vehementer errat, ut ostendunt XIX. 55. *οὐδείς μοι ἐνεκάλεσεν*, ubi Rauchensteinus *οὐδὲν* in editionem insertum Pertzio et Frohbergero auctoribus delet, V. 3. *ὅτι Καλλία μὲν οὐδείς πρόποτε οὐτ' ἰδιώτης ἐνεκάλεσεν οὐτε ἄρχων*<sup>87</sup>). Addi his exemplis potest XV. 5, ubi Marklandi conjectura *ἐγκαλεῖν* pro *ἀνακαλεῖν* propter accusativum, qui deest, rejicienda non est. — *μέμψασθαι* τοῖς

<sup>83</sup>) Fritzsche, a. a. O. p. 13. <sup>84</sup>) Hölscher, a. a. O. p. 72. <sup>85</sup>) Scheibe, praef. ed. p. XX. <sup>86</sup>) Maetzner, ed. Antiphon. p. 128. <sup>87</sup>) Frohberger, XIX. 55. Anhang.

ἀδικοῦσι. Quamvis Hoelscherus<sup>88)</sup> neget apud Lysiam dativum reperiri, tamen locum habet, ubi verbum non significat „vituperare, accusare“ μέμψασθαι τοὺς ἀδικοῦντας, sed „opprobria facere alicui.“ Eandem verbi constructionem, nisi adferas Lys. II. 1. ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ' αὐτοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν, Erotic. Plat. Phaedr. 234 B τοῖς δὲ μὴ ἐρώσιν οὐδέεις πόποτε τῶν οἰκείων ἐμέμψατο ὡς, invenimus apud Demosthenem XIX. 18. VII. 21. Plat. Sympos. 213 E et multis aliis locis. — Verbum τιμήσειν, quod in προτιμήσειν corrigendum proponit Reiskius et Frankenius<sup>89)</sup>, cujus tamen constructio ob sequens ei recte offensionem est Fritzschio<sup>90)</sup>, mutat Emperius in παρ' οὐδὲν οἶμαι τιμήσειν „nihili aestimare“. Quae conjectura quominus probetur, impedit genus activum, id quod recte contendit Bakius. Ut sensus, quem expressum vult Emperius, efficiatur semper fere usurpatur medium τιμάσθαι παρ' οὐδέν; deinde Lysias in hac sententia exprimenda praefert media ποιησθαι, ἡγεῖσθαι hisque utitur constructionibus. VII. 26. XII. 7. XXXI. 31. περὶ οὐδενὸς ἡγεῖσθαι; περὶ πολλοῦ ποιησθαι I. 1. VII. 26. περὶ πλείονος ποιήσασθαι XIV. 40. περὶ ἐλάττονος ποιησθαι XXXII. 17. Hoc loco τιμήσειν eodem sensu usurpatur ac μελήσειν, quod conjicit Scheibius, Bakius, Frankenius; verbi τιμήσειν notio ita est debilitata, ut verbo eadem notio contineatur ac verbo μελήσειν. — Verbo πρότερον non dicit orator se violatum inimicos calumniis affecisse, sed πρότερον usurpatum est eodem modo, quo Lysias utitur πρὶν et πρότερον πρὶν<sup>91)</sup>. Fortasse sensus, qui requiritur, efficitur conjectura πρότερος, quam proponit Cobetus in editione, nisi putamus post πρότερον excidisse enuntiatum, quo πρὶν continebatur. — τάχα adverbium a Lysiae sermone dicendi alienum modo invenitur VIII. 3; quae de causa mutatio Frankenii XXXI. 6 ὅτι τάχ' ἂν non est probanda in oratione Lysiaca<sup>92)</sup>. — ἐναντίον τῆς ἐλπίδος, quae miro locutio a Lysiae sermone dicendi abhorret pro formula usitata παρ' ἐλπίδα „praeter spem.“ XVI. 3. παρὰ τὴν δόξαν. XIX. 49. παρὰ τὸ εἶδος, quam interpolationem praebet codex Laurentianus C<sup>93)</sup>, sive II. 9. καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες. II. 27. ἐφευσμένος δὲ τῆς ἐλπίδος. Apud Lysiam modo invenimus ἐναντίον τινός „coram aliquo“ VIII. 1. ὦν ἐναντίον XVII. 2. ὦν ἐναντίον ἐδόθη. XVII. 10. καὶ τῶν συνδίκων ἐναντίον ὑμῶν. XIII. 41. ἐναντίον δὲ τῆς ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς. XIII. 86. ἐναντίον περτακοσίων ἐν τῇ βουλῇ de homine dictum, qui coram aliquo est, non de spe, quae e contrario ejus est, quod orator exspectaverat. — πορίζεται pro activo πορίζειν recte est offensionem Pertzio, cum medium apud Lysiam significet „sibi comparare“ XXIX. 7. εἰς τοῦτο τόλμης ἐλήλυθεν, ὥστε μάρτυρας πεπρόρισται οἱ μαρτυρήσουσιν. Sed nostro loco requiritur notio „praetexendi, confingendi, machinandi“, quam primum apud Polybium et posteriores evenisse apparet. — κατεῖπεν aliis locis est apud Lysiam „deferre iudicium“; contra hic „infamandi“ notio quaeritur. Emperius corrigit ἐμοὶ κατεῖπεν, quae tamen conjectura funditus tollit antithesin ἐμοῦ κήδεσθαι — ἐμοῦ κατεῖπεν, quam amat orator. — συνθεωρεῖν modo apud posteriores invenitur significans „una cum aliquo contemplari, considerare“ Polyb. I. 9. 3. Hoc loco est συνθεωρεῖν „sum simul legatus, θεωρός, Teilnehmer einer Festgenossenschaft sein“, quam notionem modo locus praebet, qui invenitur apud Aristoph. Wesp. 1187 ὡς ξυνθεωροεῖς Ἄνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει. — Rarissime apud Lysiam deprehenditur color poëticus, quem affert Blassius<sup>94)</sup>. In nostra oratione ut apud poëtas et scriptores posteriores usurpantur πολύφιλος, πλουτῶν, ὑπερενδοκμεῖν, κήδεσθαι, ἀνιαρός. Lys. II. 73, quae oratio jure a Lysia

<sup>88)</sup> Hoelscher, a. a. O. p. 72. <sup>89)</sup> Franken, a. a. O. p. 62. <sup>90)</sup> Fritzsche, a. a. O. p. 21. Emperius, a. a. O. <sup>91)</sup> Gleiniger, a. a. O. p. 177. Frohberger, XII. 17. u. Ahg. <sup>92)</sup> Frohberger, XXXI. 6. A. <sup>93)</sup> Frohberger, z. XIX. 49. Ahg. <sup>94)</sup> Blass, a. a. O.



abjudicatur, invenitur ἄφιλος. Non eodem modo offensionem est πλουτοῦντας, cum Attici utantur πλούσιος. Sed propter oppositionem, quae efficitur per participia πλουτοῦντας et πενόμενον, hoc loco non quadrat πλούσιος sed modo πλουτῶν. — ὑπερευδοκιμῆν aliis locis non confirmatur, et Lysiae, verborum simplicium amanti, sufficeret εὐδοκιμῆν. — Pertzius et Buermannus ob verbum σκαιότατος orationem a Lysia abjudicandam censent. σκαιός invenitur Lys. X. 15 et saepe apud alios scriptores posteriores notionem „laevi, rudis, stulti hominis“ habens. Contrarium est δέξιος dexter. At hoc loco non tam stultitiae quam doli significatio requiritur, cum amici fallaces oratore familiariter usi palam ei absentem maledicant. — Ob verbum φιλοσοφῆν jam Hölscherus<sup>95)</sup> ex umbra prodiisse orationem putat, neque recte Scheibius<sup>96)</sup> comparat Lys. orat. XXIV. 10. ad verbum defendendum τοιοῦτόν τι ζητεῖν καὶ τοῦτο φιλοσοφῆν, ubi φιλοσοφῆν cum ζητεῖν conjunctum significationem „id agendi studendique“ habet, quae a nostro loco valde abhorret. Praeter illum locum verbum apud Lysiam nusquam invenitur neque Lysiae temporibus habebat notionem rem propositam more philosophorum agitandi, quae hoc loco requiritur, et ea post tempora Isocratea videtur venisse. Isocrates primus, nisi omnino dicit „in cogitatione et tractatione alicujus rei versari idque praesertim subtilius et certa quidem via<sup>97)</sup>“ transfert ad eas disciplinas et artes, quae homines faciant meliores et ratus ad hoc potissimum valere eloquentiae studium ad artem oratoriam aut adjecto additamento, quod artem oratoriam indicet, aut non adjecto<sup>98)</sup>. Harpocratio declarat φιλοσοφῆν per verba ποιῆσθαι φάσκειν = „ad dicendum se parare“. — περαινῶ rarissime apud oratores (Lys. XIX. 8), saepe apud Platonem notionem „proficiendi“ habet, quae nostro loco invenitur. Non verbum πυνθάνοισθε circumscriptum est per πυνθανόμενοι περαινείτε, sed verba hoc modo sunt jungenda: περαινείτε οὐδὲν πυνθανόμενοι αὐτόν i. e. „nihil proficietis certiores facti de eo, qui ad me sermones detulit<sup>99)</sup>“ — ἐξελέγχειν ἂν ἐζήτουν cum gravitate quadam est dictum, „studuissem ut comperirem“ ut Lys. III. 38. 40. — τυχῶν verbum conjunctum esse cum infinitivo ut apud Plutarchum in errorem inductus dicit Buermannus, cum ἐπιλέγειν pendeat a participio δεηθείς. — ἐλευθεριώτερον nostro loco dictum est pro ἐλευθερώτερον, cum non significet „liberalius“, homine libero dignum, sed „liberius“ ut apud Plutarchum. — De verbi ἀπόθετος (Suidas κείμενος) significatione et constructione recte dubitatur. Apud alios significat absolute positum, „secretus, singularis, reconditus, arcanus“, Plato Phaedr. 252 B. Plut. VIII. 908. I. ἀπόθετος καὶ ἀπόρρητος VI. 608. 10. ἀκλεῆς καὶ ἀπόθετος Plut. III. 448. 1; hoc loco est relative positum significans, „liberatus aliqua re“, ut verba, quae apud alios scriptores relative, in nostra oratione absolute posita inveniuntur, § 16. πρόφασιν. § 6. λέγειν ἢ μὴ ξυνεῖναι. § 8. τοῦ λέγοντος. § 12. ἀπαγγελλομένοις. — Verbi παρακαταθήκη propria significatio invenitur Lys. XXXII. 5. 13. 16. „rei, pecuniae apud aliquem depositae, alicujus fidei commissae<sup>100)</sup>“; nostro loco sententiam exprimit imagine quadam, qui quidem usus a Lysiae sermone dicendi valde abhorret, et dicitur de sermonibus amicorum fidei oratoris commissis. — διότι conjunctio pro ὅτι non modo apud posteriores invenitur et apud Isocratem saepe pro ὅτι hiatus evitandi causa<sup>101)</sup>, sed etiam in Lysiae orationibus ipsis oculis nostris occurrit. III. 17. 26. IV. 12. XIII. 50. 54. 85. 96. XVII. 3. 5. 6. XVI. 7. γινῶναι διότι, quod libris traditum omnes editiones mutaverunt in γινῶναι, ὅτι. — τὸ ἐμὸν circumscribit pronomen ἐγὼ.

<sup>95)</sup> Hoelscher, a. a. O. p. 73. <sup>96)</sup> Scheibe, J. J. 31, 365. <sup>97)</sup> Morus ad Isocratis Paneg. c. I. n. 1. p. 5.

<sup>98)</sup> Schneider, Isocr. I. 3. IX. 8. <sup>99)</sup> Stutzer, Hermes XIV. 544. <sup>100)</sup> Meier-Schoemann, a. a. O. p. 513.

<sup>101)</sup> Benseler, ed. Isocr. vol. I. p. V. n. 4.

Quam periphrasin dicit Bernbardy: „aecht attisch, häufig in gewählter Rede“. Sed haec verba quamvis vere dicta ad nostrum locum non pertinere nemo non intelligit. Hoc loco non est, quod orator circumscriptione utatur. — *μὰ τοὺς θεοὺς* est offensionem recte Frohbergero, cum Lysias exclamationes vitaverit et utatur modo *πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων* XIX, 34. 54. XIII. 95; *μὰ τὸν Δία* invenitur in oratione VI. 7. 32. 38, quae a Lysia abjudicatur. — *ποθήσομαι* sive *ποθέσομαι*, quas formas codices praebent, aliena sunt ab Atticorum usu. — *τὸν ἐροῦντα* hoc loco dictum est pro verbo clariore *συνεροῦντα*, Lys. XII. 86. *τῶν συνεροῦντων*. — Superest, ut de orationis ratione et tempore, quo sit oratio habita, pauca verba adjiciam. Oratio non est ficta, *μελέτη* rhetoris, qui de falsa amicitia in universum scribebat, quam ad formam ducere videntur nomina Autocrates, Thrasymachus, Euryptolemos, Cleitodicus, Menophilus, Hegemachus § 10 praeter Diodorum et Polyclem, quae nominum compositio sonat bellum, sed habita in coetu amicorum. Oratio ingenii exercendi causa composita lucida, simplex, sententiis et locis communibus densa est, quae omnia a nostra oratione abhorrent. Causa ad iudices de equo ejusque pignoratione acta, criminationes, multa alia sunt tam obscura, ut magis ex oratione concludamus, quam perspicue intelligamus, quomodo res sese habuerit. Quae brevitatem cum in oratione neque forensi neque ficta deprehendatur, modo excusari potest in oratione habita ad amicos, in quorum memoriam res gestae et nomina revocantur.

Tempus, quo singulae orationes habitae sint, ex orationibus ipsis nobis videndum est, cum grammatici veteres hanc rem non tractaverint. Qua in perscrutatione tres temporis constituendi rationes videmus. Ac primum quidem inveniuntur orationes, (X. XII. XVII. XIX. XXVI. XXVIII. XXX. XXXII. XXXIV.) quibus temporum iudicia certissima traduntur; accedunt eae orationes (III. XIII. XVI. XX. XXIV. XXVII. XXIX. XXXI.), quibus summam tempus definitur; denique tempus est incertissimum (I. IV. V. IX. XXII. XXIII.) quia viri et res gestae ad historiam pertinentes desunt. Hoc modo res etiam sese habet in oratione VIII, ubi argumenta, quae historica vocantur, non inveniuntur, sed omnia, quae aguntur, ita dicuntur ut omnibus temporibus dici possint, veluti § 9. *ξυμβάνει γὰρ καὶ ταῦτα τοῖς πρὸ τοῦ καὶ ἐμοὶ σημεῖα ταῦτα μὲν ἐκείνων ἐστίν, ἐκεῖνα δὲ τούτων ἰσανά.* Ad alia igitur argumenta nobis est refugiendum ut, quo tempore sit oratio habita, constituamus, sed tam incerta, ut tempus maneat incertissimum. Utrum Thrasymachus Chalcedonius ille sophista fuerit, qui Ol. 94. 4. Athenis periit, an vir ab eo diversus ex oratione non elucet. Id quod Boekhius oec. civ. I. 14. p. 103, ubi de equorum pretio disputat, dicit, duodecim minis Lysiae temporibus equum ad bellum paratum emi solere, refellit conjectura Emperii *Ἡγέμαχος* probata. Neque pretium datum demonstrat Lysiae temporibus orationem esse habitam, neque verbum *συνθεωρεῖν* deorum adhuc cultum floruisse indicat. Itaque serioribus temporibus orationem esse scriptam putat Blassius, quod Aristoteles orationes in collegiis corporibusque esse habitas memoriae non tradiderit, sed primi Dionysius Halicarnassensis et Anaximenes. Sed cum jam ante hos societates fuerint, ex Aristotelis silentio concludere non possumus in collegiis orationes esse habitas post ejus tempora, scriptis Aristotelis omnibus nobis non traditis et orationibus in collegiis habitis rarissime in lucem editis. Iisdem fere temporibus orationem scriptam esse probare conatur Buermannus maxime ex orationis sermone dicendi. Oratio prodiit ex umbra et scripta est a sophista. Fortasse oratio composita est a rhetore, qui Isocratem sequebatur, quod ostendit, ut unum afferam, verbi *φιλοσοφεῖν* notio. Quamvis hoc incerto argumento tempus orationis constitutum nolim, tamen de incertis

nil nisi incerta dici possunt. Certa, quis et quo tempore orationem composuerit, argumenta constituere non possumus; utut de auctore et tempore judicamus, hoc constat, orationem a Lysia esse abjudicandam.

---

## Schulnachrichten

über den Zeitraum von Ostern 1886 bis Ostern 1887.

---

### A. Behandelte Lehrgegenstände.

#### I. Prima.

##### *Ordinarius: Der Direktor.*

Religion 2 St. Glaubenslehre. — Lektüre des Römerbriefs nach dem griechischen Text. Müllensiefen.

Deutsch 3 St. Überblick über die Geschichte der deutschen Litteratur von Opitz bis zur Gegenwart im Anschluss an das Lehrbuch von Kluge, eingehender Klopstock, Lessing, Herder, Göthe, Schiller. Lektüre und Privatlektüre aus Schiller und Göthe. Freie Vorträge. Aufsätze über folgende Themata: 1. Willst du, dass wir mit hinein in das Haus dich bauen, lass es dir gefallen Stein, dass wir dich behauen. 2. Es ist eine Lust zu leben. 3. Kriegszeit schwere Zeit. (Klassenaufsatz). 4. Die Freundschaft des Don Karlos und Marquis Posa. 5. Welches sind die Grundzüge im Charakter der Klopstockschen Dichtung? 6. Wodurch wurde Horaz Roms berühmtester Dichter? 7. Die homerischen Helden sind nach ihren Thaten Geschöpfe höherer Art, nach ihren Empfindungen wahre Menschen. 8. Die Unterredung zwischen Scipio und Hannibal vor der Schlacht bei Zama (Dramatische Scene).

Thema für die Abiturientenarbeit zu Michaelis: Worin hat die Anziehungskraft, welche die Ruinen der Ritterburgen auf uns ausüben, ihren Grund? Zu Ostern: Rühmt man mit Recht von unserm Vaterlande: Land des Pfluges und des Lichtes, Land des Schwertes und Gedichtes? Lederer.

Latein 8 St. Hor. Carm. I und II, Epist. lib. I 1. 2. 6. 7. und ausgewählte Satiren. — Cic. de offic. I und Tacit. Annal. I und II. Privatim Cic. de offic. I und II und Caes. Bell. civil., lateinische Erzählung und Besprechung des Inhalts der Privatlektüre. Exercitien, Extemporalien, Excerpte und freie Arbeiten. Kroschel.

Themata der lateinischen Aufsätze: 1. Qui studet optatam cursu contingere metam Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit. 2. Quibus causis homines ut iniuriam faciant impelli soleant? 3. In Ulixe summam fuisse et prudentiam et animi constantiam. 4. Quae Diomedis praecipuae fuerint virtutes. 5. Quibus rebus factum sit, ut Caesar Rubicone traiecto brevi